

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1244 - 1245

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

eo videlicet, quod advocatiam Argentinensem cum suis pertinentiis nulli umquam illustri vel superillustri persone, imperatori videlicet, regi seu duci aut proli eorumdem concedamus vel ab episcopo nostro concedi permittamus infeodationis, venditionis, pignorationis, permutationis, commissionis seu quolibet omnino tytulo alienationis. et si forte, quod absit, quisquam episcoporum id adtemptaret, fideliter promittimus omnes simul totis viribus nostris et per eas, quas possumus, vias juris hoc inpugnare. in hujus rei memoriam hanc paginam sigillo nostro fecimus communi. acta sunt hec publice anno verbi incarnati 1244, presentibus hiis testibus: de ministerialibus ecclesie Walthero marscalco, Lentfrido et Eberhardo fratribus de Landesberc, Alberto Bagario albo, Friderico de Ufwilre, Cånone de Bercheim, Heinrico burcgravio, Wernhero de Loubegazzen, Heinrico de Sconenouwe, Hecelone de Ekevirdesheim; de civibus Cånrado Virnecorn, Burcardo Dispensatore, Erbone juniore, Gozberto ministro fratrum, Erbone filio judicis, Rudolfo de Vegersheim, Hugone Riplino, Johanne Vitulo, Gozzone filio Nicolai, Friderico inter mercatores, Reimboldo Stiubenwec, Cånrado de Zavernia, Petro Napa, Siglino Bilde, Gozelino filio Rudegeri, Johanne et Helferico de Kunigeshoven, Reimboldo Virnecorn, Rudolfo filio Lenzelini, Heinrico filio Marsilii, Hugone de Sciltencheim, Heinrico theloneario ultra Bruscam et aliis quam pluribus.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend.

Gedruckt nach Briefbuch A fol. 56^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 388 nr. 508.

291. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß ihre Mitbürger Burchard Bone und seine Frau Guta alle ihre Habe dem St. Katherinenkloster daselbst geschenkt haben. 1245 Mai 27.*

Rudolphus de Vegersheim et E[rbo] filius Nicolai magistri civium et totum consilium Argentinense omnibus hoc publicum instrumentum inspecturis salutem in perpetuum. noverint et sciant universi presentes et futuri, quod Burcardus vulgo dictus Bone et Guta uxor ejus cives Argentinenses communi consensu et unanimi voluntate pure propter deum et animarum suarum salutem omnia bona sua habita et habenda, mobilia et immobilia, conventui sororum sancte Katharine in Argentina ordinis sancti Sixti de urbe sine contradictione qualibet, nobis presentibus et consentientibus, jure proprietario contulerunt et liberaliter donarunt. quare ut hec premissa donatio debitam et inviolabilem obtineat firmitatem, sigillo civitatis nostre presentem exinde litteram decrevimus sollempniter communiri. acta sunt hec anno domini 1245, proximo sabbato post festum ascensionis dominice, presentibus hiis, Walthero marscalco etc¹.

Aus Wencker Coll. arch. p. 645.

¹ *In dem nämlichen Jahr, November 12 Straßburg, befreit Pfalzgraf Rudolf II von Tübingen der Bürgerin Guta zu Straßburg, Tochter des verstorbenen Guntram von Pforzheim, und ihres Sohnes Burkhard eines Mönches Güter zu Heimsheim von jeder Abgabe. Unter den Zeugen Burkhard von Moro Straßburger Bürger. Vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. III, 128 Regest nach einer deutschen Uebersetzung des verlorenen Originals.*